



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Caput XV. Mortificationes atque humiliaiones in Refectorio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

12. Utrum omnes actiones nostras ad Deum aut finem debitum direxerimus.

13. Utrum quamprimum fortassis ob respectum humanum fecerimus.

14. Utrum tempus extra cellam divagando, aut minus studiosè in illa fructuoso quodam opere nos occupando inutiliter transegerimus.

15. Utrum speciales preces nostras vocales festinatò, ac modica vel nulla cum devotione persolverimus.

Fructus disquisitionis istius in eo situs est, ut in nobismetipsis de noxis nostris coram Deo ruborem eliciamus, serioque constituamus, in easdem toto reliquo diei tempore ne utquam relabi, dicentes cum Davide: *Observabo me, ab iniquitate mea.* En meam, mi Deus, ingratitudinem atque in divino cultu tuo oblivionem, quam fore promitto, ut emendem, atque exactà circa meipsum vigilantia ea, quæ inconsiderantia aut infidelitate mea amisi, resarciam.

CAPUT XV.

*Mortificationes atque humilia-
tiones in Refectorio.*

Directio: Domine Deus meus, gratias ago tibi, quod superiori meo inspiraveris, ut hanc vel illam Mortificationem publicè subeundam mihi injungeret. Inde intelligo, quantum vis in te deliquerim, nondum tamen me à te repudiari, quin potius tibi probari meum pro noxis admissis tibi faciendū

De
Orati.

facies
mort
gno
rim,
meim
mih
pugn
que
inilla
rem,
ceptu
tu
P
B
juxta
D
oppre
In
seria
Q
probr
E
ejus
li
cont
R
nof

faciendi satis desiderium ; Offero tibi hanc „
 mortificationem sive humiliationem ma- „
 gno cum dolore, te unquam quòd offende- „
 rim, atque ingenti sancti odii & contemptus „
 mei metipsum concipiendi desiderio. Da „
 mihi, te oro, animum ac vires, ut omnem re- „
 pugnantiam, verecundiam, metum a'ios- „
 que depravatæ naturæ meæ defectus, quos „
 in illa subeunda expugnare habebò, exupe- „
 rem, ut ea ratione divinæ Majestati tuæ ac- „
 ceptum me constituam. Virgo Sacratissima, „
 tu mihi sis præsto protectione.

Piæ Cogitationes atque aspirationes.

Bonus Religiosus humiliatione lætatur „
 juxta id quod ait Jeremias Propheta :

Dabit percutienti se maxillam, saturabitur Thren. 3.
opprobriis. 30.

Improperium expectavit cor meum, & mi- Psal 68.
seriam. 21.

Quoniam propter te (Domine) sustinui op- v. 8.
probrium, operuit confusio faciem meam.

Excemus ad eum (Christum) improperium Heb. 13. 13
eius portantes.

Ibant Apostoli gaudentes à conspectu conci- Act 5. 41.
lii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu
contumeliam pati.

CAPUT XVI.

Refectio.

Refectorium sacrum repræsentat Cœna- „
 culum, ubi superior vicem agit Domini „
 nostri Jesu, & Apostolorum cæteri Religiosi „
 Sancti

G g